

quoque ac Seraphim: qui non cessant clamare quotidie una voce dicentes: Sanctus.

Communio

Ego clamávi, quóniam exaudísti me, Deus: inclína aurem tuam et exáudi verba mea. (Ps 16:6)

1. Exáudi, Dómine, justítiam meam, inténde deprecaciónem meam.

2. De vultu tuo judícium meum pródeat; óculi tui vídeant æquitátes.

3. Rétime gressus meos in sémitis tuis, ut non moveántur vestígia mea.

4. Mirífica misericórdias tuas, qui salvos facis ab insurgéntibus sperántes in dextera tua.

Postcommunio

Súmptimus, Dómine, sacri dona mystérii, humíliter deprecántes: ut, quæ in tui commemoratióne nos fácere præcepísti, in nostræ profíciant infirmitátis auxiliū.



nepaliauja garsiai šlovinti, vienu balsu tardami: Šventas.

KOMUNIJA

Aš šaukiu, nes tu, Dieve, išklausai mane; palenk prie manęs savo ausį ir klausyk mano žodžių. (Ps 16:6)

1. Klausykis, Viešpatie, mano teisybės maldavimo, atsižvelk į mano šauksmą!

2. Iš tavęs teateina man nuosprendis, nes tavo akys mato teisybę.

3. Tavo įstatymo keliu ėjo mano žingsniai, nuo jo mano kojos niekad nenuklydo.

4. Parodyk savo gailingumą nuostabiais darbais, gelbėk ieškančius užuovėjos nuo užpuolikų prie tavo dešinės.

POSTKOMUNIJA

Priėmę, Viešpatie, šventų paslapčių dovanas, nuolankiai Tave meldžiame, kad tai, ką liepei daryti Tau atminti, pagelbėtų mūsų silpnybei.

Proprium Missæ DOMINICA XXII POST PENTECOSTEN XXII SEKMADIENIS PO SEKMINIŲ



Introitus

Si iniquitátes observáveris, Dómine: Dómine, quis sustinébit? quia apud te propitiátio est, Deus Israël.

Ps. De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi vocem meam. (Ps 129:3-4; Ps 129:1-2)

Collecta

Deus, refúgium nostrum et virtus: adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus, auctor ipse pietátis, et præsta; ut, quod fidéliter pétimus, effícaciter consequámur.

Epístola

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Philippéenses (Phil 1:6-11)

Fratres: Confídimus in Dómino Iesu, quia, qui coepit in vobis opus bonum, perfíciet usque in diem Christi Iesu. Sicut est mihi iustum hoc sentíre pro ómnibus vobis: eo quod hábeam vos in corde, et in vínculis meis, etin defénsióne, et confirmatióne Evangélii, sócios gáudii mei omnes vos esse. Testis enim mihi est Deus, quómodo cúpiam omnes vos in vísceribus Iesu Christi. Et hoc oro, ut cáritas vestra

INTROITAS

Jei žiūrėsi kaltybių, Viešpatie: Viešpatie, kas atsilaukys? Nes Tavyje yra permaldavimas, Izraelio Dieve.

Ps. Iš gelmių šaukiausi Tavęs, Viešpatie: Viešpatie, išgirsk mano balsą. (Ps 129:3-4; Ps 129:1-2)

KOLEKTA

Dieve, mūsų prieglauda ir stiprybe, maloningai išklausyk nuolankias savo Bažnyčios maldas, Tu, pats pamaldumo žadintojau, ir suteik tikintiesiems, ko ištikimai prašo.

EPISTOLĖ

Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Filipiečiams (Fil 1:6-11)

Broliai, pasitikiu Viešpačiu Jėzumi, kad tas, kuris jumyse pradėjo šį gerą darbą, jį ir pabaigs iki Kristaus Jėzaus dienos. Šitaip manyti apie jus visus teisinga, nes aš turiu savo širdyje jus, kurie, tiek man esant kalėjime, tiek ginant ir stiprinant Evangeliją, visi tebesate mano malonės dalininkai. Dievas gali paliudyti, kaip jūsų visų pasiilgau Kristaus Jėzaus nuoširdumu. Ir dabar meldžiu, kad jūsų meilė vis augtų ir augtų pažinimu ir visokeriopu

magis ac magis abúndet in sciéntia et in omni sensu: ut probétis potióra, ut sitis sincéri et sine offénsa in diem Christi, repléti fructu iustitiæ per Iesum Christum, in glóriam et laudem Dei.

Graduale

Ecce, quam bonum et quam iucúndum, habitáre fratres in unum! V. Sicut unguéntum in cápite, quod descéndit in barbam, barbam Aaron. (Ps 132:1-2)

Alleluia

Alleluia, alleluia. Qui timent Dóminum sperent in eo: adiútor et protéctor eórum est. Alleluia. (Ps 113:11)

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélii secundum Matthaeum (Matt 22:15-21)
In illo témpore: Abeúntes pharisaei consílium iniérunt, ut cáperent Iesum in sermóne. Et mittunt ei discípulos suos cum Herodiánis, dicéntes: Magíster, scimus, quia verax es et viam Dei in veritate doces, et non est tibi cura de áliquo: non enim réspicis persónam hóminum: dic ergo nobis, quid tibi vidétur, licet censum dare Caesari, an non? Cógnota autem Iesus nequítia eórum, ait: Quid me tentátis, hypócritæ? Osténdite mihi numísma census. At illi obtulérunt ei

išmanymu, kad jūs mokétumėte pasirinkti, kas vertingiau, kad būtumėte tyri ir be priekaišto Kristaus diena, pilni teismo vaisių per Jėzų Kristų Dievo garbei ir šlovei.

GRADUALAS

Štai kaip gera ir malonu gyventi broliams vienybėje.
V. Kaip tepalas galvos, kuris nuteka nuo barzdos, Aarono barzdos. (Ps 132:1-2)

ALELIUJA

Aleliuja, aleliuja.
Kas bijo Viešpaties, turi vilties Jame: Jis yra jų padėjėjas ir globėjas. Aleliuja. (Ps 104:1)

EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Matą tęsinys (Mt 22:15-21)
Tuo metu fariziejai pasitraukė ir tarėsi, kaip jį sugauti kalboje. Jie nusiuntė pas jį savo mokinių kartu su Erodo šalininkais paklausti: „Mokytojau, mes žinome, kad esi tiesakalbis, mokai tikro Dievo kelio ir niekam nepataikauji, nes nežiūri žmonių poaukščių. Tada pasakyk, kaip manai: valia mokėti ciesoriui mokesčius ar ne?“ Suprasdamas jų klastą, Jėzus tarė: „Kam spendžiate man pinkles, veidmainiai? Parodykite man mokesčių pinigą!“ Jie padavė jam denarą. Jis paklausė: „Kieno čia

denárium. Et ait illis Iesus: Cuius est imágo hæc et superscriptio? Dicunt ei: Caesaris. Tunc ait illis: Réddite ergo, quæ sunt Caesaris, Caesari; et, quæ sunt Dei, Deo.

Offertorium

Recordáre mei, Dómine, omni potentátui dóminans: et da sermónem rectum in os meum, ut pláceant verba mea in conspéctu princípis. (Esth 14:12; 14:13)

Secreta

Da, miséricors Deus: ut hæc salutáris oblátio et a própriis nos reátibus indesinénter expédíat, et ab ómnibus tueátur advérsis.

Præfatio de ss. Trinitate

Vere dignum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui cum unigenito Filio tuo et Spiritu Sancto unus es Deus, unus es Dominus: non in unius singularitate personae, sed in unius Trinitate substantiae. Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione verae sempiternaeque Deitatis, et in personis proprietates et in essentia unitas, et in maiestate adoretur aequalitas. Quam laudant Angeli atque Archangeli, Cherubim

paveikslas ir įrašas?“ Jie atsakė: „Ciesoriaus“. Tuomet Jėzus tarė: „Atiduokite tad, kas ciesoriaus, ciesoriui, o kas Dievo – Dievui“.

OFERTORIUMAS

Atsimink mane, Viešpatie, visokios galybės valdove, ir įdėk man į burną tinkamų žodžių, kad mano kalba patiktų kunigaikščio akivaizdoje. (Est 14:12; 14:13)

SEKRETA

Suteik, gailėstingasis Dieve, kad ši išganomoji atnaša nuolatos mus vaduotų iš mūsų pačių nusikaltimų, ir saugotų mus nuo visų nelaimių.

ŠVČ. TREJYBĖS PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, visur ir visada Tau dėkoti, šventas Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis Dieve, kuris su vienatiniu tavo Sūnumi ir Šventąja Dvasia esi vienas Dievas ir vienas Viešpats – nėra tai Asmens vienumas, bet vienos prigimties Trejybė. Juk tai, ką per tavąjį apreiškimą apie tavo garbę tikime, be jokio skirtumo pripažįstame Sūnui ir Šventajai Dvasiai, kad, išpažįstant tikrą ir amžiną Dievystę, būtų šlovinamas ir Asmenų skirtingumas, ir jų prigimties vienumas, ir jų lygus didingumas. Jį garbina Angelai ir Arkangelai, Cherubinai ir Serafimai; kasdien